

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opuscuvlorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,
Aliarvmqve Observationvm ...)

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXIX

III. De Articvlis Svobacensibvs Avgvstanae Confessionis Fvndamento
Dissertatio prior Wittenbergae d. XI. Ian. A. 1719. habita, Praeside Io. Gvil.
Iano, Hist. P. P. Respondente M. Io. Iacobo Layritio, ...

urn:nbn:de:gbv:45:1-16134

976 Ill. D. Io. Guil. Iani *Dissertatio prior*

Vale, VIR Celeberrime, & rem schola-
sticam ac literariam ornare, mihi vero
prolixæ, quod facis, favere perge. Dab.
Halæ Suevorum, Mense Decembri, A. C.
M. DCC. XXIX.

III.

DE
ARTICVLIS SVOBACENSIBVS
AVGVSTANÆ CONFESSIIONIS
FVNDAMENTO

Dissertatio prior

Wittenbergæ d. XI. Ian. A. 1719. habita,

P R A E S I D E

IO. GVIL. IANO, Hist. P.P.

Respondente

M. IO. IACOBO LAYRITIO,
VONSIDELIENSI.

* * *

P R A E F A T I O E D I T O R I S.

CVM in aestate superioris anni 1728.
quartus huius Sylloges Fasciculus typis
excederetur; inferendam illi septimo loco

GUAR.



curavi brevem commonefactionem de re-
currente memoria sæculari celebris Con-
ventus Suobacensis, A. 1528. d. 14. Iunii,
instituti, scriptam a me illo ipso die, quo iste
Conventus ducentos ante annos habitus fuerat.
Neque enim prætereundum esse silentio censem-
bam annum 3 diem tam commemorabilem,
quibus ope divina effectum est, ut Evangelica
veritas, que antea iam in vicina nobis Fran-
conia orta erat, ampliora incrementa ceperit.
Animus tum erat, aliquot duntaxat scripta
in memoriam revocare illis, qui mecum dicti
Conventus Suob. acta mente recolere, Optimo-
que Numinis pro tantis, sua Ecclesie, in illis
oris sibi collecta, exhibitis tunc beneficiis devo-
tas agere gratias gestirent. Addi illis scriptis
potest dissertatiuncula de eadem materia, Anno
1717. ni fallor, edita a summe Ven. Frid. Casp.
Hagen, Pastore Prim. & Superint. Baruthino
meritissimo; item Schlegelii brevis notitia,
quam iam in Fasc. IV. p. 845. citavi. Men-
tionem quoque feci p. 830. sqq. duarum Differ-
tationum academicarum, de eodem argumento,
ante hos decem vel undecim annos Wittenber-
ge habitarum, semel tamen iterumque decla-
rando, admodum mihi dolere, quod illis Diff. po-
tiri tunc nequiverim, de quarum præstantia
Tom. I. Fasc. V. Qqq alium-

aliunde edoc̄tus iam fueram. Quas cum interea ab amico haud vulgari dono missas accepim, earumque lectione non mediocriter delectatus fuerim; statui mecum, eas in hac Sylloge, cuius titulus Dissertationes diserte memorat, recusas sistere, eoque ipso illud effectu dare, quod p. 834. optaveram, pr̄sertim cum ex Rentschiana oratione, de qua ibidem dixi, notitiae pr̄ ceteris notatu dignæ in his Diff. excerptæ legantur. Non vereor, ne ingratissim lectorum id factum a me fuerit; qui enim illas iam possident, & pr̄stantiam earundem legendō experti sunt, dignas utique habebunt, que hoc modo, in posterorum gratiam, conserventur, (notum quippe est fatum, cui Diff. Acad. expositæ plerumque sunt, ut post unius alteriusve decenniū decursum rariores evadant, & tandem conspectui se prorsus subducant, ut non nisi multo studio & labore obtineri queant;) qui vero iis destituuntur, his spero idem me beneficium pr̄stitutum esse, iterata earum publicatione, quo me ab amico, qui istas mecum humaniter communicavit, measque omnino esse voluit, affectum me fuisse, publice profiteor. Imo nec ab instituto alienum esse puto, istas in manus aliorum nunc potissimum pervenire, quando tempus iam instat, quo in Ecclesia Lutherano-

Evange-



Evangelica D. v. letissima celebrabitur memoria
exhibitæ A. 1530. d. 25. Jun. Gloriosissimo Im-
peratori Carolo V. Augustana, quam vocant,
Confessionis, de cuius fundamento in his Diss.
studiose exponitur. Quibus si subiecero suc-
cinctam Aug. Conf. historiam, a b. Io. Mich.
Dilherro, Norimbergensi Theologo superioris
seculi celeberrimo, olim conscriptam, huicque
subiunxero oppido commemorabilem Senatus
Reutlingenensis (quam civitatem ex urbibus
Imperialibus, si Norimbergam exceperis, so-
lam Aug. Confessio, cum exhiberetur, sub-
scripsisse, constat,) Epistolam, ad Clementem
Volckamerum & Hieron. Baumgartnerum,
Norimb. Reip. ad Aug. Conventum Lega-
tos, d. 22. Oct. 1530. scriptam, nec ab aliis,
quod sciam, adhuc commemoratam; hæc, in-
quam, si dictis binis Diss. in hoc Fasciculo re-
cusis, subiecero; lectoribus suis facile appro-
bavero piam, quam hic habeo, intentionem, ut
symbolam quandam & ex mea parte conferam,
mox celebrandæ exhibitæ olim Aug. Conf. me-
moriae nonnihil, apud studiosam præsertim iu-
ventutem, in cuius gratiam & Dilherrus lau-
datam supra historiam A. C. succinctam edidit,
inservit turam, utpote cui raro contingit, maiora
eius generis volumina evolvere. Ceterum ex

Qqq 2

Diss.



*Diss. hisce de Artic. Suob. in primis §. VI. prioris
 Diss. patet, ipsum Layritium, quem (quod ē & de
 cel. Præside suo constat,) rebus humanis nunc
 eruptum esse, nuper a Fautore quodam meo Baru-
 thino honoratissimo comperi, illarum auctorem
 fuisse, doctum sane, & in indagandis memorabi-
 libus, ad id argumentum curate enucleandum
 necessariis, admodum diligentem; qui & infra
 in §. II. not. f) lo. Christophorum Layrizium
 Parentem suum, & in §. I. not. a) lo. Ge. Lairi-
 zium, virum non incelebrem, Patruum suum
 nominat. Denique profiteri non erubesco, me,
 ea, quæ in Fasc. IV. Sect. VII. strictim de Conv.
 Suob. annotavi, ad has Dissertationes, quas
 nunc sisto, examinari, velle.*

* * *

DE

ARTICVLIS SVOBACENSIBVS
 AVGVSTANÆ CONFESSIIONIS
 FVNDAMENTO.

§. I.

Quanquam haud pauci Principes in
 fastis pii elogium adepti sunt, ne-
 scio tamen, an ullus maiori iure,
 gloriosissimæ memoriarum Marchio
 Bran-

Brandenburgensis, GEORGIVS, id
sibi vindicare possit. Non equidem in-
ferior, multos vulgo magnos haberi, &
appellari, qui vitiis potius, quam veris
virtutibus excelluerunt, & aliis pii cognom-
en tribui, qui nimium simplices, aut
superstitiosi, rectius dicerentur. Sed hoc
pro certo, & sine adulacionis suspicione,
affirmare possum, GEORGIVM nostrum non
magis nomine, a) quam re ipsa PIVM &

Qqq 3 reli-

a) Multis quidem aliis elogiis Noster cohone-
statur, & nonnullis appellatur CONSTANS, ut
Limnæo in Iur. Publ. T. I. L. V. c. 7. de fa-
milia Brandenburgensi: aliis CONFESSOR, le-
gatur Io. Wolfgangus Rentschius, D. Mar-
chioni CHRISTIANO ERNESTO a sacris, &
Professor Theologiæ in Gymnasio, quod
Byruthi Francorum floret, de patria histo-
ria præclare meritus, in Brandenburgischen
Cederhein, p. 621. seq. Sed illa, ut ex eo-
dem fonte manant, ita generali encomio,
quo GEORGIVS *κατ' οξην* PIVS cognomi-
nari solet, continentur. Huic respondebat
symbolum fiduciæ plenum, quod crebro
sermone usurpabat: Si Deus pro nobis, quis
contra nos? de quo B. Patruus meus, Io.
Georgius Lairizius im neuangelegten Histo-
risch-Genealogischen Palmvvald f. 346. sq.

ita



religiosum fuisse. Neque enim religio & sanctimonia eius in labiis, sed in mente insedit, nec colorem duxit ac speciem, sed succum sanguinemque habuit, & rerum factorumque documentis comprobata est. Ut alia nunc taceam, diviniorem doctrinam, opera D. Lutheri pristino nitoris restitutam, quam non temere, aut fortuito, sed certo iudicio, deliberatoque consilio amplexus fuerat, b) tanti fecit,

&

ita scribit: „Zum Denck-Spruch hat er gebraucht diese aus der Schrifft genommene Worte: Ist GOtt für uns, wer mag wider uns seyn? jedoch sich dabey immerzu dieses nachdencklichen Leib-Spruchs bedienet: Gottes Wort wär nicht schwehr, wenn nur der eigen Nutz nicht wär. Worüber Heinrich Ammerspach 1667. ein besonder Buch unter dem Titul, Fürsten-Geist, geschrieben., Idem symbolum commendat laudatus Rentschius im Heiligen Iubel-Bronn p. 24.

b) CASIMIRVS & GEORGIVS, fratres, FRIDERICI, Marchionis Brandenburgici, filii & successores, ab ineunte ætate diversa ingenia studiaque prodiderunt. Ille armorum tractatione, decurcionibus equestribus, & re militari delectabatur, hic literas,

&



& tam arcte tenuit, ut præ illa non opes
Qqq 4 ~~masnobi~~ tan-

& pacis studia adamabat, cum doctis & sa-
pientibus viris frequens erat, & optimos
quosque libros, non minus Latina, quam
vernacula lingua scriptos, avide legebat:
quo factum est, ut aliorum sententias non
magis audiret, quam caute discerneret, &
quid distarent æra lupinis, rectissime diiu-
dicaret. Singulares illas animi dotes haud
dubie perspectas habebat Ladislaus, rex
Hungariæ & Bohemiæ, cum Georgium no-
strum, suum ex sorore nepotem, in aula
regia educatum, Ludovici (*) filii sui edu-
cationi vicissim præficeret. Parum vero
nostrum neverunt, & ex eventu potius,
quam consilio, iudicarunt Dubravius, &
Istuanius, scriptores exteri, qui Ludovici,
postea regis Hungariæ, levitatem, seriis
studiis regnique curis choreas & ludicra
præferentis, optimo illi morum formatori
imputant. Cum ergo disputationes de re-
ligione inter Evangelicos & Pontificios fer-
verent, Georgius noster non tantum scri-
pta Lutheri studiose evolvit, sed cum ipso
etiam colloqui & consilia conferre gestiit.
Qua de causa A. 1525. cum paucis comitibus
Vitembergam venit, congressu & consuetu-
dine Lutheri aliquamdiu usus est, atque
adeo

(*) Videtur §. II. cum Patre confundi. F. I. B.



tantum contemnendas, sed vitam quoque
profundendam existimaret. c.)

II.

adeo veritatem illam explorare cognovit,
in qua asserenda deinceps cum Iohanne Con-
stante, El. Sax. primas tenuit. Leg. Rent-
schii Brandenb. Cederhein p. 622. seq.

c) Nota, & quo infrequentior hodie, eo ma-
gis celebranda vox est GEORGII PII ad Impe-
ratorem CAROLVM V, a Georgio Spalatino
inter memorabilia comitiorum Augustano-
rum, a. 1530. habitorum, relata, in Tomo
V. Opp. Lutheri len. f. 27. malle se, flexis
coram Imperatore genibus, cervicem carni-
fici feriendam præbere, quam Deum & sacra-
sanctum Evangelium eius abnegare, fal-
samque doctrinam recipere & approbare.
(Ehe ich vvolte meinen GOT und sein Eu-
angelium verläugnen, ehe vvolte ich hie
für E. Käys. Majest. niederknien, und mir
den Kopf lassen abhauen) respondente Cæ-
sare: Nicht Kopf ab, nicht Kopf ab, quasi
diceret, non id agi, ut vita cuiquam eripe-
retur. Cumque denuo Protestantes ad
comunionem sacrorum Pontificiorum sol-
licitarentur, similem in modum, suo, &
illorum nomine, respondit: *In hac causa
ad Deum pertinente, immutabili mandato
divino,*



II.

Quam vero ipse profitebatur religionem, ea alios quoque, suæ præsertim ditioni subiectos, imbuere, officii sui esse,

Qqq 5 exi-

divino, decretis & postulatis eiusmodi adversari & repugnare cogor, quæcunque etiam sequantur & imminēant pericula, cum scriptum sit: *Deo magis obedite, quam hominibus.* Idcirco propter confessionem doctrinæ, quam scio esse vocem filii Dei, & immotam atque æternam veritatem, non recusa ulla pericula, ne quidem capit is, quæ veram religionem amplectentibus denunciata & proposita esse, audio. Vid. Seckendorf, Comment. de Lutheran. Lib. II. §. LX. p. 162. Qui plura de laudibus Georgii, & in primis de singulari in eo religionis studio, desiderat, instar omnium adeat virum de re sacra & publica insigniter meritum, Casparum a Lilien, Confiliarium quondam D. CHRISTIANI ERNESTI, Marchionis Brandenburgici, intimum, Senatus Ecclesiastici Byruthini Præsidem, & Superintendentem Generalem, in singulari oratione de GEORGIO, Marggravio Brandenburgico, Prussiæ Duce, fidei antiquissimæ & vere Catholicæ Confessore, Byruthi typis exscripta a. 1684. 4.



existimabat. d) Itaque puriorem doctrinam non modo in Ducatum Lægerndorffensem, Ludovici, (**) regis Hungariæ, avunculi sui, beneficio acquisitum, intulit, e)
sed

d) In Epistola apologetica ad Ferdinandum regem, qua visitationem anno 1528. a se institutam defendit, & invidiam ex ea suscep-
ptam, amoliri studet, hanc præcipue facti
sui rationem reddit: „se id fecisse ex man-
„dato Dei, qui magistratibus curam subdi-
„torum iniungit, non modo quoad corpus,
„sed etiam quoad animam.“ Argumen-
tum huius epistolæ ex tabulario Vinariensi
exhibit Seckendorf. L. II. §. XLII. Add. II.
p. 121.

e) Ditionem Lægerndorffensem ab idolomania papistica iam a. 1524. cura Georgii repur-
gatam fuisse, ex libro Ecclesiæ Leibschuzen-
sis refert Abrahamus Scultetus, in Annal.
Evang. renov. ad A. MDXXVI. licet alios
hoc ad annum 1526. referre, moneat. Sed
& in aliis Silesiæ partibus restitutæ lucis Ev-
angelicæ præcipuum autorem & patronum
extitisse Georgium, Seckendorfius L. I.
§. CXXXIX. (6) his verbis ostendit:
In Bohemia & Silesia, et si Ludovicus rex
Lutheri infensus erat, Georgii tamen Mar-
chio-

(**) Rectius Ladislai, vid. finem p. 983. F. I. B.



sed in terras etiam , quas communi iure
cum Casimiro , fratre , possidebat , inve-
ctam , benigne fovit , tuendamque susce-
pit. f)

III.

chionis Brandenburgici , qui regiae aulæ ma-
gister erat , & favere Lutherò cœperat ,
opera , florere incipiebat Evangelica doctrina ,
Vratislavia maxime , que nobilissima Silesia
urbs est , & sub Ducibus Lignicensibus &
Monsterbergensibus .

f) Iam a. 1517 , quo ad impugnandum Papa-
tum Lutherus primum quasi signum sustulit ,
Martinus Helfferus , Iudi Curiensis modera-
tor , exemplum illius , in Variscia , Casimiri
& Georgii , Marchionum Brandenburgico-
rum , ditioni subiecta , sequi cœperat , & re-
licta mox statione sua , Vitembergam con-
cesserat , indeque reversus , Evangelium ,
non sine successu , docuerat . Præcipue
vero celebratur M. Caspar Lœhnerus , Fride-
rici Brandenburgici , Canonici Bambergen-
sis , in parochia Curiensi Vicarius , postea
vero sacerdos Evangelicus , cuius opera &
studio doctrina repurgata , circa a. 1524.
non exigua cepit incrementa . Vid. Rent-
schii Iubilæus Burggraviatus Norici , &
Brand. Cederhein p. 606. Casp. Lilien Bran-
denb. Religions-Eifer p. 16. & vener. Paren-
tis



III.

Apparuit hoc in primis post mortem
CASI-

tis mei, Io. Christophori Layrizii Programma Curiensia, laudata Seckendorfio L. I. §. CXXXIX. Add. I. p. 241. Illum Evangelii cursum in primis secundavit optima voluntas Principum Brandenburgicorum Georgii & Casimiri, fratrum, qui, habito a. 1524. Onoldi conventu, consilia de tuenda vera religione cum prudentissimis viris inierunt. leg. D. Io. Georgii Pertschii Origines Vonsidelienses P. II. c. XXVI. p. 378. imo publica etiam autoritate illam in regionibus suis receperunt. Hoc enim luculenter docet epistola Georgii, a. 1526. ad Casimirum fratrem scripta, qua labafcentem eius, in afferenda religionis integritate, animum his verbis redarguit: *Freundlicher lieber Bruder, vvievvol E. Liebe und vvir, als die miteinander regierende Fürsten in vergangener Zeit, als vvir drausen bey E. L. in unser beeden Fürstenthum und Landen gevvest seyn, gantz Christl. und billiger Weiß befohlen haben, daß allenthalben in unser beeder Landen das Heil. Evangelium und Wort Gottes lauter und rein geprediget werden soll, und nichts das davvidet ist &c. so werden vvir doch auf unser fleißig Nach-*

CASIMIRI g) fratis GEORGI. Etsi enim ille etiam doctrinæ Evangelicæ favebat, tamen in ea defendenda remissior erat, & propterea in decreto, quo religionis & rituum Ecclesiasticorum formulam, in dictione sua usque ad futurum concilium servandam, a. M D XXVI. præscripsit, Pontificiis plusculum concederat. h)

Quod,

Nachfrag und Erkundigung lauter bericht,
daß nicht allein das Wort Gottes in unsren
Fürstenthum an allen Orten, sondern auch
zu Onoldsbach in der Stadt nicht lauter ge-
prediget uverde &c. apud Scultet. in Annal.
Evang. Renov. ad A. M D XXVI. p m. 109.

g) CASIMIRVS, Marchio Brandenburgicus, Ge-
orgii nostri frater, a. 1527. Ferdinandi,
regis, postea Imperatoris Romanorum, iussu
& auspicio, exercitum in Hungariam dux-
rat, ad regnum hoc contra Ioannem Sepu-
sensem, æmulum, afferendum; sed eius
ipsius anni die 21. Septembris, Budæ, pro-
fluvio ventris decessit, & corpus eius inde
Heilsbronnam, in patrium monumentum,
devectum est. Vid. Rentsch. Brandenburg.
Cederhein p. 619. & Scultetus l. d.

h) Decretum illud, paulo post edictum Spi-
rense, quo in caula religionis ita quisque se
gerere



Quod, cum graviter ferrent Ordines ac
subditi Brandenburgici, a rituum Roma-
norum superstitione iam abhorrentes, au-
xilium

gerere iubebatur, ut facti sui rationem Deo
& Cæsari reddere posset, (vid. Sleida ius ad
a. 1526. p. 150.) Onoldi, die Mercu ii post
festum Francisci a. 1526. communi utrius-
que fratri, Georgii & Casimiri, nomine,
licet sine huius consensu, promulgatum,
apud Hortlederum de Caufis Belli Germ.
L. I. C. III. p. 36. seq. sub hoc titulo extat:
*Abschied und Meynung, vves sich der Durch-
leuchtig hochgebohrne Fürst und Herr, Herr
CASIMIR Maregraffe zu Brandenburg von
sein und seiner Fürstl. Gnaden mit regieren-
den Bruders Marggraffen Jærgens, samt ih-
rer F. G. Landschafft auf nechst gehaltenen
Land-Tag zu Onoltzbach biß auf ein zu-
künftig Concilium, National-Versammlung
oder seiner Fürstl. Gn. vveitern Bescheid des
Abschieds halben, iüngst gehaltenen Reichs-
Tag zu Spaier in ihrer Fürstl. Gnaden Land
und Fürstenthum zu halten vereinigt haben.*
cuius primam editionem, forma quarti or-
dinis exscriptam, possideo. Speraverat ni-
mirum Casimirus, de religionis negotio, in
comitiis Spirensibus certi quidpiam defini-
tum iri: quæ spes cum illum fefelleret,
mense



xilium a GEORGIO PIO petierunt, i) & impetrarunt. Hic enim, eiusdem anni mense

mense Octobri scriptum istud, quasi inter religionis formulam, evulgavit. Summa eius huc redit: per ministros legitime vocatos verbum Dei ex solis scripturis canonice docendum, neque veterem, neque novam religionem vituperandam, missam Latina lingua celebrandam, non intermissis tamen cantionibus Germanicis, in usurpatione unius, vel utriusque speciei, ita versandum subditis suis, uti nec Cæsarem, nec Deum offendant, auricularem confessionem retinendam, infantes, prout voluerint parentes, vel compatres, Latina vel Germanica lingua, in nomine Dei tingendos, festos Sanctorum dies celebrandos, & id genus alia. Ex quibus perspicuum est, Casimirum de studio emendandæ religionis multum remisisse, siquidem mixtum quid ex Evangelismo & Papismo doceri voluit, ut recte iudicat Scultetus in Annal. Evang. Renov. ad A. M D XXVI. Forsan in eo placere studuit FERDINANDO regi, cui ab Imperatore CAROLO V, absente, ad curandas res imperii, adiunctus fuerat, conf. Seckendorf. L. II. §. XVII. (2) p. 49.

i) Desiderata illa ordinum cognoscere licet ex decreto conventus Provincialis Onoldini

a. 1528.



mense Maio, primum per literas Casimiri-
rum monuit, ne quid religioni remoræ
iniiceret, vel detrimenti afferret: k) post-
ea vero, quam solus Principatum Fran-
conicum, partim suo, partim Alberti, ex
fratre nepotis, cuius tutelam gerebat, no-
mine, regendum suscepit, petitis Ordin-
num omni ex parte satis fecit, & in con-
ven-

a. 1528. cuius hæc verba sunt: *Als von
denen Gesanten der Städte und gemeinen
Landschaft gebetten vworden, daß mein
gnädiger Herr Marggraf Georg -- mit Ernst
darob und daran seyn vvolle, daß das Heil.
Evangelium und Wort Gottes Aites und
Neuen Testaments, und nichts, das davvi-
der ist, in seiner Fürstl. Gn. Fürstenthum
Landen und Gebiethen, lauter und rein ge-
prediget, und alle andere vvidervvärtige
Predigten und Lehren abgestellet vverden &c.*
apud Rentschium in Brandenb. Cederhein,
p. 629.

k) Extant literæ illæ apud Scultetum in Annal.
ad A. M D XXVI datæ Tægerndorfii, die
Sabbathi post Bonifacium, iisque adiungun-
tur allæ ad consiliarios Onoldinos, quibus
hi causam religionis Casimiro de meliori
commendare iubentur.



ventu illorum Onoldi A. M D XXVII, die Martis post Dominicam Invocavit, novum edictum promulgavit, quo religionem ad solum verbi divini præscriptum instituere & emendare iubet. 1)

IV.

Vt illa sacrorum emendatio ubique rite & concorditer fieret, GEORGIVS visitationem Ecclesiarum instituere, & de certa huius ratione, cum republica Norimbergensi, eadem Evangelii luce iam collu-
Rrr strata,

I) Vide den Landtags- Receß ap. Rentschium l. c. cuius verba hæc sunt: *Wolle demnach hiemit abermahls allen Pfarrern und Predigern ernstlich befehlen, daß sie das Heil. Evangelium, und Wort Gottes altes und neues Testaments lauter und rein predigen, und nichts, das darvudder ist, daß auch Sr. F. G. Amtleute und Unterthanen auf solches ein fleißig Aufmercken haben, und kein vvider- vvärtig predigen gestatten, sondern vvo sie dieselben hören oder vernehmen, es iedem- mahl mit gründlicher vvhahffter Unter- richt an Sr. F. G. Stathalter und Räthe ge- langen lassen sollen, als lieb ihnen allen und einem*



einem ieden insonderheit sei, Seiner Fürstli-
chen Gnaden Vngnade und Straf zu vermei-
den &c.

m) Norimbergenses iam a. 1522. doctrinam
Evangelicam amplexi erant, quo anno An-
dreas Osiander, & Dominicus Sleupnerus
eam publicis concionibus asseruerunt, &
Gallus Knorrius, Monachus Franciscanus,
causam deserti a se monasterii publicavit.
Leg. Seckend. L. I. §. CXXXIX. (3) p. 240.
& Add. 1. Accesserunt postea Georgius
Peflerus ad S. Sebaldi, & Hector Bohme-
rus ad S. Laurentii ædem Præpositi, qui a.
1524. ediderunt: *Grund und Ursachen,*
aus der H. Schrift, vvie und vvarumb die
Ehruvürdigen Herren beyder Pfarr-Kirchen,
S. Sebalds, und S. Laurenzen, Pröbste zu
Nürnberg, die Missbräuche bey der Heil. Mess,
Jahr-Tag, gevveyhet Saltz und Wasser,
sammt etlichen andern Ceremonien abgestel-
let, unterlassen und geändert haben. cuius
scripti summam repetit & plura, de ortu &
progressu emendationis sacrorum, in civita-
te illa, exponit Seckend. L. I. §. CLXXIII.
Add. 1. p. 299. Quam altas, iam tum, ra-
dices, ibi, purior doctrina egerit, vel hinc
iudicare licet, quod d. 4. Martii a. 1524.
Fer-

vit. n) Qua de causa conventus Suobacen-
Rrr 2 sis

Ferdinandus, Imperatoris Caroli V frater,
& in imperio postea Successor, Senatui Norimbergensi Lutheranismum exprobravit, &
frustra eum ad cœtus Romani societatem
revocavit, ut refert Philippus Feilitzschius,
Electoris Saxoniæ Friderici III. ad comitia
Norimbergensia legatus, in literis ad Ele-
ctorem d. 11. Martii a. 1524. scriptis, &
non cives tantum, sed Monachos quoque
Dominicanos, pariter ac Augustinianos, a
Papismo defecisse, addit, ap. eundem Se-
ckendorf. l. c. §. CLXIII. Add. I. p. 289. præ-
ter quem, præcipue Durrii Commentatio
de Relig. Christ. in Rempubl. Norimbergen-
sem introducta hic commendanda est.

n) Rentschius in Brandenb. Cederhein p. 638.
Gleich nach dem Land- Tag (Conventus
ergo provincialis, iam ante habitus, a con-
gressu Suobacensi cum Norimbergensibus,
caute distinguendus est) hat Herr Marggraf
Georg, in genauer Überlegung, daß eine
doppelte Schnur nicht leichtl. reisse, mit der
Stadt Nürnberg in Religions-Sachen sich auf
gewisse Maß verbunden, damit diese be-
nachbarte Kirchen von keiner Uneinigkeit
möchten getrennet werden. conf. Seckend.
L. II. §. XLII. p. 121.



sis o) ad diem Mercurii post festum corporis Christi, sive 14. Jun. eodem anno 1528. indictus est. Ad hunc ab ipso GEORGIO nostro missi sunt p) Ioannes Rurerus, Ecclesiae Onoldinæ Pastor primarius, q)
&

o) Suobacum, aliis Suabacum, oppidum haud incelebre, in confinio ditionis Norimbergensis & Marchionum Brandenburgicorum, altero ab urbe Norimberga lapide situm, a flumine præterlabente, quod in Norimbergensium insignibus apparet (vid. Wagenseil, Comment. de Norimberga P. I. Cap. IV. p. 28.) nomen habet.

p) Nomina eorum, qui conventui Suobacenſi interfuerunt, recenset Rentschius in Iubil. Burggrav. Norici p. 15. & in Brandenb. Cederhein. p. 631.

q) Ioannem Rurerum, unum ex primis sacerdotibus Evangelicis, & præcipuis religionis instauratoribus, in ditione illa, fuisse, vel ex literis GEORGII Marchionis ad CASIMIRVM an. 1526. scriptis, intelligi potest, in quibus, causam illius cum ipsa religionis causa coniungens, conqueritur: *dass nicht allein das Wort Gottes in unsern Fürstenthum nit lauter und rein gepredigt, und dem Prediger im Stift sein ärgerlich gottlos Predigen Menschen-Tand und Fabeln gestattet.*



& Adamus Candidus, alias Weiss, sacerdos Creilsheimensis, r) quibus ex Polit-

Rrr 3 corum

stattet, sondern dass auch Herr Hans Ruerer, Pfarrer in der Stadt, und andre recht Christlich und Evangelische Prediger, verhasst und verfolget werden, atque adeo petit: E. L. vvolle alle gottlose Prediger in unser Stadt zu Onoltzbach abstellen, Herrn Hansen Ruerer und andere Christliche Prediger von unser beeden wegen handhaben, und in gnädigen Befehl halten, auch darob seyn, dass sie ihr ehrlich competenz haben &c.

Scultetus l. c. p. 109. seq. Idem Rurerus postea a. 1530. ad comitia Augustana principem suum comitatus est, & cum reliquis Theologis, religionis causam strenue defendit. Docent id, praeter cetera, literæ, tri-duo post prælectam confessionem, Augusta Vindelicorum ad Principes Protestantes scriptæ, a Spalatino servatæ, quibus subscripserunt Iustus Ionas, Ioannes Rurerus, Erhardus Schnepfius, & Henricus Bock, vid. Seckendorf. L. II. §. LXVI. Add. I. p. 172. Conf. Coelestini Hist. Comit. Aug. T. IV. f. 134. b. & Casparis a Lilien Oratio de D. Georgio p. 15. (v. Syllog. p. 836. 865. F.I.B.)
r) Non Suobacensis, ut vitiose legitur apud Rentschium in Brandenb. Ceder-Hein. p. 63 i.
qui



corum ordine accesserunt Georgius Voglerus, ¹⁾ & Wolfgangus a Wiesenthau,
Præ-

qui locus imposuit Autoribus Lexici universalis historici sub voce Schwobach, P. II. p. 398. Nam Rentschius ipse, Weisfium Pastor Creilsheimensis, ac postea ibidem concionatoris aulici & Decani munus obtinuisse, memorat l. c. p. 174. & im Heil. Iubel-Bronn p. 30. quam sententiam confirmat Weissii epistola, ex oppido Creilsheim, ad Casparem Hedionem, de statu ecclesiæ illius sibi demandatae, scripta, apud Scultet. in Annal. Evangel. Renov. ad A. M D XXIII. Hunc quoque, tempore exhibitæ confessio-
nis Augustanæ, cum aliis Theologis Evan-
gelicis Augustæ præsentem fuisse, testatur Cœlestinus in Hist. illorum Comitiorum T. IV. f. 134. b. & refert Rentschius in Bran-
denb. Ceder-Hein. p. 174. (v. Syllog. p. 837. B.)

1) Memoratur hic in Actis tabularii Vinariensis, Reg. H. fol. 5. inter eos, qui nomine Georgii Marchionis a. 1528. Coburgi, de cau-
sa religionis, cum legato Electoris Saxoniæ egerunt, ibique vocatur Præfectus Cancel-
lariæ (Cantzley- Verweser) vid. Seckend. L. II, §. XLII. add. II. p. 121. seq. Sed quod a. 1529. celebri illa legatione ad Imperato-
rem Carolum V, Placentiæ tum commo-
rantem, functus fuerit, ut nonnulli existi-
mant,

Præfектus Suobacensis: Norimbergensium
vero nomine, Suobacum venerunt Domi-
nicus Sleupnerus, ad S. Sebaldi, t) & An-
dreas Osiander, ad S. Laurentii ædem sa-
cerdotes, u) una cum Martino Tucherio

Rrr 4 Sena-

mant, non invenio: neque id verisimile est.
Nam in actis illius legationis nonnisi Iohan-
nes Ehingerus, Consul Memmingensis,
Michael de Caden, Syndicus Norimbergen-
sis, & Alexius Frauentaler, Georgii Secre-
tarius, nominantur, apud Hortled. T. I.
L. I. c. VII. fol. 47. seq. Extat tamen apud
eundem Hortled. l. c. c. VI. fol. 44. seq.
Vogleri iudicium, de legatis principum
Evangelicorum, ab Imperatore in custo-
diam datis, in quo factum Imperatoris, ut
iuri gentium adversum, vehementer im-
probat. (v. Syllog. p. 531. 787. 838. 853. B.)

t) Dominicus Sleupnerus, initio Canonicus
Vratislaviensis, postea, D. Lutheri & Me-
lanchthonis amicorum opera, Norimber-
gæ, in templo S. Sebaldi, primus Evan-
gelii præco fuit, ut refert Paulus Frehe-
rus in Theatro Virorum eruditione claro-
rum P. I. sect. II. f. 460. in vita nepotis eius,
Christophori Sleupneri, de patria ecclesia
longe meritissimi.

u) Non est huius loci, integrum Osiandri hi-
storiam, ex controversiis postea motis no-
tissimi,



Senatore x) & Lazaro Spenglero, qui Senatui Norimbergensi ab epistolis & consiliis,

tissimi, recensere. Nostra tantum refert annotare, eum iam a. 1522. mense Februario publice Norimbergæ concionari, puriorumque doctrinam afferere cœpisse, Vid. Seckendorf. L. I. §. CXXXIX. (3) p. 240. & una cum Sleupnero, & Thoma Venatorio Senatui consilium, sub nomine: „Ein „gut Unterricht und getreuer Rathschlag „aus heil. göttlicher Schrifft, wels man „sich in diesen Zwietrachten unsern heiligen Glauben und Christliche Lehr bestreßende, halten soll &c. „exhibuisse. Conf. idem Seckend. l. c. § CLXXIII. Add. I. (h) p. 300. Qui plura nosse cupit, adeat vitam eius apud Melchiorem Adami in Vitis German. Theol. p. 226. seq. & Magnificum Dn. Pro-Rectorum D. Gottliebium Wernsdorffium in dissertatione, de Osianandismo in Pietismo renato, quintum edita 1717.

x) Tucherorum familia inter Norimbergensium primas refertur, vid. Wagenseil. Comm. de Norimb. p. 189. Martino nostro a. 1513. præfectura agri Norici, titulo procuratoris (Landpflegers) commissa fuerat. Leg. Historische Nachr. von Nürnb. ad h. a, p. 319.



liis, simulque Luthero amicissimus fuit. y)
Ex communi horum sententia, visitatio-
nem Ecclesiarum in ditionibus Marchio-
natus Brandenburgici, & reipubl. Norim-
bergensis, eodem anno M D XXVIII,
peractam fuisse, inter omnes constat. z)

Rrr 5 V. In

y) De hoc Lazaro Spenglero Paulus Freherus
in Theatro Viror. eruditione clar. P. II.
Sect. IV. f. 512. refert, illum quidem, no-
mine, scribam fuisse Senatus Norimbergen-
sis, (Rathschreiber) sed revera, consilio-
rum fere omnium autorem & gubernato-
rem, nihilque habuisse antiquius, religionis
sinceræ instauratione, a. 1526. hortatorem
& instigatorem extitisse senatui, ut ludus
literarius aperiretur. Pietatem eius decla-
rat Ode illa vernacula ab ipso composita:
Durch Adams Fall ist gantz verderbt &c.
post obitum eius lucem vidit confessio eius
Germanica, curante D. Luthero typis ex-
cusa. Notus præterea est ex literis cum
Luthero commutatis, quales extant in
T. IV. Alt. p. 443. V. f. 268. & Cœlest. Hist.
Comit. Aug. T. III. 62. b. 63. Extat etiam
Lutheri præfatio in Spengleri legenda San-
ctorum T. VI. Alt. f. 468. Add. Adami in
Vitis Ictor. Germ. p. 60. 66.

z) Illustris est huius visitationis memoria,
quam, præter cetera monumenta, conser-
varunt



V.

In hoc ipso conventu Suobacensi XVII, Articulos, quos vocant, Suobacenses, scriptores quidam Brandenburgici & Norimbergenses, ab Andrea Osiandro, alii a Ioanne Rurero, alii ab aliis, consignatos esse, tradiderunt, qui, a Georgio Pio, ad Ioannem, Electorem Saxoniæ, & Philippum, Landgravium Hassiæ, missi, & utriusque Theologis approbati, postea Philippo Melanchthoni scribendæ Augustanæ Confessionis materiam præbuerint: a) plane

varunt literæ ipsius Georgii Marchionis ad Regem Ferdinandum a. 1528. scriptæ, quibus invidiam inde suscepit diluit, &, in ea nihil se fecisse, demonstrat, de quo non ex decreto comitiorum Spirensium, Deo ac Cæsari rationem reddere possit. Quantopere Luthero Georgii consilium placuerit, discimus ex epistola illius, eodem anno, d. 1. Iul. ad Wenceslaum Lincum scripta Tom. II. Epp. p. 382, ubi: „gaudeo, inquit, „apud vos & Marchionem visitationem in- „stitui, Christus suo Spiritu adspiret..,

a) Primus, quod sciam, materiam Augustanæ Confessionis Theologis Suobacensibus acceptam retulit Ioannes Conradus Durrius, Theologus Altorfinus, a. 1677. defunctus, cum



plane contra communem sententiam, qua
XVII

cum in proœmio Commentationis de reli-
gione Christiana in civit. Norimbergensem
introducta p. 17. tum in Isagoge in libros
normales ecclesiæ Norimberg. cap. XVI.
p. 159. ubi: *missis, inquit, legatis, in*
oppido Schuwbach convenerunt utriusque
partis Theologi, & summam doctrinæ, se-
ptendecim articulis comprehensam, propo-
suerunt: quos ipsos postea Lutherus, ab
Electore Saxonie sibi transmissos, simul cum
aliis Theologis Wittebergensibus, expendit,
& Philippo transmisit, qui eosdem, a Lu-
thero iterum revisos, in scribenda Augusta-
na Confessione, præcipue sibi exprimendos
sumvit. Idem innuit G. C. Renschel, im
Brandenb. Stamm-Baum, p. 92. Data vero
opera, & conquisitis omnibus, quæ reperi-
re potuit, argumentis, id afferere studuit
sæpe citatus Io. Wolfgangus Rentschius,
quem ceteri fere auctorem secuti sunt.
Hunc ergo instar omnium audiemus, in Iu-
bilæo Burggraviatus Norici, a. 1678. edi-
ti, p. 16. causam suam ita perorantem:
Vt quod res est, dicam, PRIMA FVN-
DAMENTA IPSI VS AVGVSTANÆ
CONFESSIÖNIS POSVIT (Georgius)
Con-



XVII illi articuli, vulgo Torgavienses di-
cti,

Consignaverant BRANDENBURGENSES
THEOLOGI XVII. articulos, quos &
NORIMBERGENSES comprobarunt. Hos
Serenissimus Georgius, Saxonie Electori, &
Hassiae Landgravio transmisit. Hi porro
eosdem Wittenbergensibus Theologis expen-
dendos tradiderunt, qui approbatos prorsus,
in conventu Smalcaldico, non nihil emenda-
tos produxerunt, uti etiam, in Comitiis
Augustanis, publicam, & nostris ecclesiis
sacro-sanctam, Confessionem ex his articulis
collegerant, ut adeo SVOBACENSIS CON-
VENTVS PRIMA RVDIMENTA ipsi
AVGVSTISSIMÆ CONFESSIÖNI AV-
GVSTANÆ dederit. Hac, iudices, non
noviter facta, nec lenociniis aut poppysmati-
bus ornata animadvertis. Antiquissimum
monumentum Noribergense, quod ex fida &
amica manu ad me pervenit, testabitur:
Anno 1528. hat diese XVII. Articul Marg-
graf Georg, den Chur-Fürsten zu Sachsen,
und LandGrafen zu Hessen zugeschicket,
vvelcher der Theologischen Facultät zu Wit-
tenberg Iudicium dñüber begehret, die haben
die-

Et i, anno demum M D XXX, non multo
ante

dieselbe allerdings approbirt, und seynd aus
diesen Articuln, vvie der Augenschein uvei-
set, die Schmalcaldische, auch vorher die
Augspurgische, gefasset vworden, und hat
man also den ersten Stein der Augspurgischen
Confession zu Schwabach geleget. Diese
XVII. Articul vverden zvvar D. Luthern
zugeschrieben, vvie sie denn in seinen To-
mis zu finden, es hat aber damit die ange-
zeigte Gelegenheit, und hat er dabey nichts
anders gethan, als daß er sie censiret und ap-
probiret. *Vel si publicam fidem mavultis,*
beatissimum DILHERRVM produco, qui,
in enarratione Hist. que Manuali Domini
Beerii p. 670. inserta est, rem fere iisdem
verbis describit, & ad hoc, quod citavi
MSC. (geschriebene Urkunden,) respicit.
Cui ex SLEIDANI testimonio non leve pon-
dus addit p. mem. Dn. DURRIVS etc. etc.
Eandem sententiam Rentschius noster denuo
proposuit im heiligen Iubel-Bronn, sive con-
cione seculari in memoriam exhibitæ, ante
CL. annos, Augustanæ Confessionis habita,
p. 30. quam repetit im Brandenburg. Ceder-
Hein. a. 1682. edito, p. 173. & p. 631.
Rentschio, in hac causa, præter ceteros,
assensi



1006 III. lo. Guil. Iani *Dissertatio prior*
ante comitia Augustana , a Theologis Vi-
tem-

assensi sunt Caspar a Lilien, in Oratione su-
pra laudata , de Divo Georgio p. 14. §. 15.
licet hic XVII illos articulos , Suobaci
a. 1528. compositos, pro materia Augusta-
næ Confessionis non venditet , Illustris ac
excellentissimus Dn. D. W. Gabriel Pachel-
bel de Gehag , Serenissimis Marchionibus
Brandenburgicis a Consiliis sanctioribus, in
Vermehrungs - Punckten der Anleitung
zu einem summarischen Bericht von der
Stadt Onoltzbach a. 1709. ed. ad §. 18.
lit. 9, 2. Ioannes Andreas Planerus, Profes-
sor quondam Vitembergensis , in Historia
Varisciæ, p. 107. & novissime Auctores Le-
xici Vniversalis Historici cum D. Buddei
Præf. ed. in voce Georgius P. I. f. 229. &
voce Schvvabach P. II. p. 398. His cautior
Seckendorfius, in Hist. Luther. L. II. § XLII.
p. 121. sententiam illam ita refert, ut assen-
sionem cohibeat. Cum enim in conventu
Suobacensi, de XVII. articulis conventum
esse, scripsisset, ita pergit : Secuta est illo-
rum approbatio a Lutherò & Theologis Wit-
tenbergensibus, & ut ex scriptis quibusdam
Brandenburgicorum & Norimbergensium Theo-
logorum appareat, iidem esse creduntur, qui
postea Smalcaldiae denuo propositi , & rati
habiti



tembergensibus, ac potissimum quidem ab ipso Lutherò, iussu Electoris Saxonie, conscripti esse creduntur. b)

VI.

habiti fuerunt, ex quibus AVGUSTANA CONFESSIO composita fuit: de quo tamen certi nihil statui potest, donec ex Archivis Suabacensēs illi articuli producantur, quod *huc usque factum esse, non invenio.* Ceterum nominatim Andreæ Osiandro articulorum Suobacensium confignationem tribuit B. Rentschius l. c. Generosissimus vero Dn. Pachelbelius a Gehag l. c. Ioanni Rureto, Theologo Onoldino. (v. *Syllog.* p. 827. F.I.B.)
b) Communem de materia Augustanæ confessionis sententiam Georg. Cœlest. in Hist. Comit. August. p. 25. his verbis exponit: *Deliberatum deinde fuit, quanam forma commoda, & erudita methodo, doctrina, in Ducatu Saxoniae, aliorumque Principum, in causa religionis coniunctorum, territoriis usitata, conscribi ac comprehendi posset, quæ paulo post Cæsari, (qui utriusque partis de religione sententias se auditurum in bulla sua clementissime promiserat) in conventu Augustano commode exhiberetur.* Quæ res, cum ad Lutherum potissimum spectaret, ipsi-
que



VI.

Ipse equidem laudibus patriæ meæ, in rebus præsertim ad religionem pertinentibus, impense faveo, & propterea viros quosdam pios ac eruditos, qui, illius forsitan amplificandæ studio, longius abrupti sunt, facile excusatos habeo, imo etiam ex historia conventus Suobacensis,

com-

que soli transigenda incumberet, & demandata esset; priusquam iter Augustanum susciperetur, articulos septendecim composuerat, quibus Christianæ fidei & doctrinæ, publice in ecclesiis populo proponendæ, & præcipue ad animæ salutem ac veram pietatem utilis ac necessariæ summam, missis disputationibus scholasticis, & populo erudiendo non necessariis, complexus erat. Iusserant & ceteri Principes ac civitates, Evangelicam doctrinam amplexæ, suos Theologos summam doctrinæ, in ecclesiis suarum religionum sonantis, scripto comprehendere. Quæ omnia, & in his aliqua, prolixitate etiam molesta, perlegere August & D. Philippus & censere coactus fuit. Sed hos septendecim articulos a Luthero delineatos, præcipue Philippo in scri-



communem de materia Confessionis Augustanæ sententiam ex parte emendandam esse, paulo post ostendam. Sed quod XVII illi articuli, Luthero huicdum, ut auctori, tributi, & a Philippo Melanchthonne, ad Tom. I. Fasc. V. Sss scri-

scribenda confessione propositos fuisse, testantur eadem verba & phrases in aliquot articulis retentæ, & ordo ac series articulorum fere similis, epistola denique Iohannis Electoris Saxoniae ad Lutherum data, quam suo loco inseremus. Subiungit deinde ipsos illos XVII. Articulos tali titulo insignitos: CONFESSIO DOCTRINÆ ET FIDEI CHRISTIANÆ PER D. M. LVTHERVVM XVII. ARTICVLIS COMPREHENSA. Cum eadem inscriptione extant illi in Chytræi Histor. Conf. August: p. 21. & Tom. V. Jen. f. 14. & T. V. Altenb. f. 14. ubi inscriptio Germanica ita se habet: „Be-„ käntniß Christl. Lehre und Glaubens durch„ D. M. Luthern in XVII. Articul verfasset. „ De Luthero, horum XVII. articulorum autore, & de Augustana Confessione ex iis confecta, cum Chytræo & Cœlestino consentiunt Scultetus, in Annal. Evangel. ad a. MD XXX. p. m. 154, ubi simul, Lutherum cum ceteris Theologis Vitembergensi- bus Torgam ab Electore evocatum fuisse, refert, Casp. Vlenbergius, de Vita & rebus gestis



scribendam Augustanam Confessionem adhibiti, conventui Suobacensi, a. M D XXVIII. religionis causa habito, (***)
vel integri, vel saltem ex parte, vindicari debeant, graves ob causas, nec mihi, nec aliis, persuadere possum.

VII.

Nam primo, si visitatio ecclesiarum, de qua a. M D XXVIII. Suobaci, inter Theologos

gestis Lutheri, ad a. 1530. p. 370, ubi de tota rei summa, de conficienda nimium fidei Professione, quæ Cæsari Protestantium nomine in fut. Comitiis offerretur, Torgæ consultari cœptum esse, scribit, & Lutherum XVII. condidisse Articulos, quos propterea Scriptum Torgense vocat, D. Io. Schmidius in Memoria A. C. §. XXIII. p. 39. qui, intra paucos dies septendecim illos articulos a Luthero scriptos esse, affirmat, Maimburgius in Historia Lutheranus L. II. Sect. 20 & cum eo Seckendorfius ad h. l. §. XLV. (6) p. 151. ut alios quam plurimos omittam.

(***) Favet huic Cel. Iani & Cl. Layritii sententiae Summe Ven. D. Io. Alb. Fabricius, cuius verba infra dabo, in fine præfationis, quam Diss. alteri de Articulis Suobacensibus præfigam. F. I. B.



logos Brandenburgicos & Norimbergenses
convenit, secundum certam aliquam do-
ctrinæ formulam, à Theologis illis recens
conscriptam, & XVII capitibus, sive, ut
vulgarem loquendi rationem retineamus,
articulis comprehensam, instituta fuisse,
hi articuli ita sane obscurari non potuissent,
ut non aliqua saltem eorum **exem-**
pla in tabulariis Marchionum Brandenbur-
gicorum, aut reip. Norimbergensis, aut
ipsarum ecclesiarum, quibus normæ instar
commendati **esse** putantur, superessent.
Atqui hucusq[ue] adhuc, magna licet im-
pensa opera, investigari potuerunt, quæ
ratio vel sola Seckendorfium ab assensu
sententiæ illi præbendo revocavit, licet
alioquin ab illa non alienus videatur ^{c).}
Neque opus fuisse nova eiusmodi doctrinæ
formula, ratio & consilium visitationis il-
lius, penitus inspectum, ostendit. Non
enim per illam, doctrina Evangelica in
ecclesiis Brandenburgicas ac Norimbergen-
ses primum introducenda, sed impedi-
menta tantum, quæ pridem introductæ,

Sss 2 &

c) Legantur verba eius in §. V. not. 2, p. 21.
sitata, & add. Seck. p. 140.

& publica iam autoritate confirmatæ d)
a Pontificiis, absente Georgio, & conni-
vente Casimiro, obiecta fuerant, e) remo-
venda erant. Id vero in primis fiebat per
declarationem & emendationem ordina-
tionis Onoldinæ, a. M D XXVI à Casimi-
ro promulgatæ, quæ passim Pontificii,
velut sibi favente, abutebantur. f) Cete-
rum

d) Conf. §. II, p. 8. (p. 987. sq. huius Syll. F. I.B.)

e) Qualia hæc impedimenta fuerint, optime
intelligitur ex epistola, quam sæpe laudavi-
mus, Marchionis Georgii ad Casimirum fra-
trem de illis scripta, apud Scultet. ad a.
M D XXVI. p.m. 109. Quam ergo medelam
Georgius absens, literis illis, a Casimiro &
Consiliariis eius expetierat, eam, post huius
mortem, in terras suas Franconicas ex Sile-
sia redux, ipse rebus Evangelicorum labo-
rantibus afferebat.

f) Summam huius ordinationis supra ad §. III.
not. h. exhibuimus. Quod vero eius decla-
ratio & emendatio Georgio, ex Silesia re-
verso, in visitatione illa potissimum propo-
sita fuerit, ipse clarissime docet, in literis
apologeticis de illa ad Ferdinandum Regem
scriptis, quarum summam Seckendorf. L. II.
§. XLII. add. II. p. 121. his verbis proponit:
„ Neque tamen ardua esse, quæ egerit,

(puta

rum verisimilius est , post peractam de-
mum visitationem , leges quasdam eccl-
esiasticas , quales scilicet status ecclesiarum ,
in visitatione deprehensus , requirebat ,
conditas esse. g) Præterea eo ipso anno
Georgii Marchionis confiliarii & admini-
stri , de causa religionis , cum Eberhardo
de Tann , Electoris Saxonici legato , agen-
tes , curam de conscribenda certa doctrinæ
formula diserte Electori reliquerunt h)
Hic nimirum , in iis , quæ ad universam

Sss 3 rem

(puta in visitatione a. 1528. instituta)
neque congregatione multorum procerum ,
ex Christiano orbe opus habuisse , decla-
ratam esse ordinationem a Casimiro fra-
tre , post decretum illud Spirens , com-
muni nomine publicatam .

g) Diserte illud affirmat Scultetus in Annal.
Evang. ad a. M D XXIX. p. m. 128. „No-
ricorum , inquiens , & quæ Marchionum ,
Brandenburgicorum sunt in Franconia ec-
clesiarum solennis visitatio hoc anno insti-
tuta , eaque peracta , leges ecclesiasticæ
præscriptæ sunt , quibus utræque deinceps
gubernarentur . „

h) Ipsi acta huius congressus , ex tabulario Vi-
nariensi a Seckendorfio l. c. p. 122. recensita ,
inter utriusque principis legatos conve-
nisse ,



rem Evangelicam pertinebant, procurandis, inde ab initio reformationis, primas & præcipuas partes, ceterorum omnium ordinum Evangelicorum consensu, sustinebat. Nullam quoque veri speciem habet, Lutherum, in causa illa, cuius ipse præcipuus dux & auctor extitit, adeo inopem consilii fuisse, ut una cum collegis suis, Theologis Vitembergensibus, præparare iusl^os, i) quæ ad confessionem Au-

gustæ

nisse, testantur: Electori curæ fore, ut articuli conscriberentur, qui secundum Spiritum, & verbum Dei, Christiani & pii essent, & irrefragabiliter probari possent.

i) Ipsas Johannis Electoris Sax. literas, ea de re ad D. Lutherum ceterosque Theologos Vitembergenes, Torgæ, a. 1530. postridie Domin. Reminiscere scriptas, Historia A.C. ad a. 1530, p. 134, & Müllerus, in der Historie von der Evangelischen Stände Protestantation p. 448. ex tabulario Vinariensi E. fol. 37. n. 1. exhibit. In his Elector, cum potissimum religionis causa, comitia Imperii ad diem 8. Aprilis indicta esse, demonstrasset, ita pergit: *So erwegen wir bey uns, daß die hohe und unmeidliche Notdurft erfordern will, weil vielleicht solcher*



cher Reichs - Tag an eines Concilii oder Na-
tional - Versammlung stadt gehalten vwill
vverden, daß vvir aller der Articul halben,
darum sich angezeigter Zvviespalt, baide
im Glauben, und auch in andern euerlichen
Kirchen - Bräuchen und Ceremonien erhellet,
zum förderlichsten, dermassen gefast vver-
den, damit vvir vor Anfang solches Reichs-
Tags beständiglich und gründlich entschlossen
sein, ob, oder vvelchergestalt, auch vvie
vweit, vvir und andere Stände, so die
reyne Lehre bey ihnen angenommen, und
zugelassen, mit GOT, Gevvissen, und gu-
tem Fug, auch ohn beschvverlich Aergermüß,
Handlung leiden mügen, und können. ---
Das denn von niemands bass gründlicher,
noch beständiger, denn euch, ervvogen und
berathschlaget mag vverden, als vvir auch
an euch hiermit gnädiglich begehren, und
sonderlich, daß ihr solche Ervvegung, an-
dere Sachen und Geschafft in Ruhe gestallt,
dermassen vvolt fürnemen, auf daß ihr hie
zvvischen und nächstkünnftigen Sonntags
Oculi, damit fertig vverden, und auf dem-
selbi-

bant, ad formulam Suobacensium confu-
geret,

selbigen benanten Sonntag sämtlich althier
gegen Torgau damit kommen möget (pater
hinc, Articulos illos non Torgæ demum, ut
nonnulli existimant, a Theologis Vitember-
gensibus, sed iam ante horum profectionem
in urbem illam, conscribendos, & conscri-
ptos fuisse.) Und ob uvol in vorangezeigt-
ter Ausschreibung mit ausgedruckt ist, daß
ein jeder Stand seine Prediger und Gelerten
zu solcher Handlung --- mit bringen möge,
--- so ist gleichvvol an Euch, Doctor Mar-
tin, und Doctor Jonassen, Probst, auch Ma-
gister Philippsen Melanchton, unser gnädiges
Begern, Ihr uvollet euch und eur Sachen an-
heim darnach achten, etc. etc. Quo de man-
dato Lutherus continuo Iustum Ionam, vi-
sitationis causa in Ducatu Saxonico absentem;
his literis, d. 14. Martii 1530. datis, certio-
rem fecit: „Scripsit Princeps nobis, id est
„tibi, Pomerano, Philippo, & mihi, com-
„munes literas, ut una simus, & omnibus
„sepositis aliis rebus, ahte Dominicam futu-
„ram absolvamus, quæ necessaria sunt ad
„comitia VIII Aprilis futura. Carolus enim
„ipse aderit Augustæ, amice compositurus
„omnia, ut scribit in sua bulla. Quare ho-
„die & cras, licet absente te, faciemus nos
tres,

geret, & alienum fœtum pro suo vendicaret. k) Totus denique error unice natus esse videtur ex confusione conventus Suobacensis prioris cum posteriori a. MDXXIX. mense Oct. habito, (****) a quo tamen ill-

Sss s lum

„tres, quantum possumus. Tamen & tuum
„erit, ut Principis voluntati satisfiat, re-
„iectis in socios reliquos laboribus tuis,
„cras te hic sistere nobiscum.

k) Quod Lutherus illam Augustanæ confessio-
nis materiam, quæ XVII. articulis compre-
hensa, Tom. V. Ien. p. 14. extat, sibi &
collegis suis, velut auctoribus, adscribi pas-
sus fuerit, præter alia docent literæ Ioannis,
Electoris Saxoniae, d. 11. Maii a. 1530. Au-
gusta ad eum datæ, quæ ita incipiunt. Post-
quam vos, & alii nostri Theologi, Witte-
berge, nobis clementer mandantibus & pe-
tentibus, articulos, de religione nostra con-
troversos, scripto brevi delineastis, non vo-
lumus vos celare, iam Magistrum Philippum
Melanchtonem denuo eos hic Augustæ revi-
disse, & in formam redegisse, quam vobis
una mittimus.

(****) Ita & Cel. Fabricius censet, & ego cum
ipso; illius verba inferius exhibitum me
esse, paulo ante p. 1010. not. (**) pro-
misisse me, memini. F. I. B.



lum non tempore tantum, sed causis etiam, personis, actis, & eventis differre, ex postea dicendis patet. Cum videlicet scriptores supra memorati, in posteriori hoc conventu Suobacensi, XVII. doctrinæ Christianæ capita recitata fuisse, accepissent, ea perperam Theologis Brandenburgensibus ac Norimbergensibus ad priorem illum conventum, mense Iunio a. MDXXVIII vocatis, adscripsérunt.

IIX.

Rationes, quas dissentientes pro opinione sua afferunt, facile diluuntur. Provoeat primum Rentschius ad antiquissimum aliquod monumentum Norimbergense, tanquam præcipuum totius causæ præsidium. Sed, quod pace eius dixerim, monumentum hoc incertæ prorsus fidei & ætatis est, neque acta authentica, sed narrationem *αδεσπότων* complectitur, cui per se non plus, quam ipsius Rentschii commemorationi, tribuendum est. Et illud quidem non antiquissimum esse, vel styli ratio prodit, multo comitioris, & ætati nostræ accommodatioris, quam ut medio saeculo XVI conveniat. Post mortem



tem certe Lutheri scriptum sit, necesse est, cum XVII illos articulos, ut Tomis Lutheri insertos, memoret. Quicunque vero demum narrationis auctor sit, eum in historia temporum, de quibus loquitur, parum versatum fuisse, vel hinc appareat, quod ex articulis saepe dictis, non modo confessionem Augustanam, sed, post hanc, etiam articulos Smalcaldicos confessos esse, sibi persuadeat. Si enim intelligat articulos Smalcaldicos, qui post exhibitam Augustanam confessionem a. M D XXXVII a Luthero scripti, & inter libros symbolicos ecclesiae nostrae relati sunt, hos ex XVII illis articulis compositos esse, auctor sua confutat. At, nisi me omnia fallunt, acceperat forte bonus vir, articulos, quos saepe diximus, in posteriori conventu Suobacensi, mense Oct. a. M D XXIX. propositos, sequenti mense Nov. Smalcaldiæ, principibus ac civitatibus Protestantibus, ut fundamentum concordiaæ & societatis incundæ, commendatos fuisse. 1) Sed præterquam quod hanc repetitionem XVII articulorum Suobacensium Smalcaldiæ faciat,

Etiam,

1) Vid. Sleid. Comment. de Stat. Rel. & Reip. L. VI. p. 176. & L. VII. p. 180.



Etam, nemo pro articulis Smalcaldicis venditaverit, Augustana confessio eam non antecessit, sed secuta est. Obiicitur porro testimonium Sleidani, scriptoris sane gravis & fide digni: at ille in conventu quidem Suobacensi posterior a. MDXXIX, ut modo diximus, non vero in priori a. MDXXVIII, aliquam doctrinæ summam recitatam fuisse, scribit: *m)* tantum abest, ut per articulos a Theologis Suobacensibus a. MD XXVIII. fundamentum Augustanæ confessionis iactum esse, affirmet. Vrgetur denique consensus Dilherri & Durrii, qui quidem, si vel maxime probari posset,

m) Verba Sleidani l. c. p. 176. ad a. 1529. hæc sunt: *Cum mense Oct. Suobacum legati principum ac civitatum venissent, Saxonis & Georgii Brandenburgici nomine propositum fuit: quoniam religionis & doctrine defensio sit huius fundamentum fæderis, atque causa, primum oportere consentientes omnium in eo esse voluntates.* Itaque recitata fuit doctrinæ summa capitibus aliquot comprehensa, quam approbaverunt omnes. Argentinenses autem ac Ulmenses legati --- de iis se nihil in mandatis habere, dicebant.

set, Rentschii causam non magis iuvaret, quam Rentschii autoritas alios, qui opinionem eius secuti sunt. At ne illum quidem satis vere prædicat. Nam Dilherrus certe XVII illorum articulorum, ex quibus Augustana confessio a Philippo Melanchthonne concinnata est, aperte Luthe-
rum auctorem facit, n) & ab illis Suoba-
cen-

n) Dilherri verba im Histor. Bericht von dem Augsp. Glaubens-Bekäntnis, ap. Beerium im Nürnberg. Hand-Buch L. XIX. p. 620. seq.
***** hæc sunt: „ Ehe aber der Chur-, „
Fürst sich (nach Augspurg) erhub, wären „
auf dessen gnädigsten Befehl Lutherus, „
Philippus, Bitgenhagius (der auch Pome- „
ranus genannt wird) und Justus Jonas zu „
Torgau zusammen kommen, und hatten „
sich von denen Glaubens-Sachen mit eitt- „
ander unterredet, auf wasserley Weiß, „
und wie am allerfüglichsten die Haupt- „
Stücke der Christlichen Lehre zu fassen, „
aufzusetzen und Käys. Majest. auf den „
Reichs-Tag fürzutragen. Und ist hierbey „
Luthe-

***** In Diff. huius exemplo, quo utor, &
ad cuius fidem hæc Diff. recuditur, L. XIX.
p. 620. Manualis b. Beerii, hic allegata
deprehendi. Cum autem panca quedam vi-
tia

Lutherō aufgetragen worden, erwehnte „
 Haupt-Stücke der Christl. Lehre zu Pap-„
 pier zu bringen. Worauf er XVII. Arti-„
 cul verfasset, in welchen Er die seeligma-„
 chende Lebens- und Glaubens - Lehr, so „
 „ viel davon dem Volck auf den Cantzeln
 „ zu predigen und zu wissen vonnöthen,
 „ begriffen, und alles unnöthige Schul-Ge-
 „ zänck ausgelassen hat. „ Vbi communem
 sententiam ita sequitur, ut ipsa pene ver-
 ba retineat, quibus Chyträus & Cœlesti-
 nus illam expreſſerunt. Conf. §. V. p. 22.
 (p. 1007. sq. *Syllog. F. I. B.*)

*tia typographica in hac Diff. emendate ce-
 teroquin excusa, occurrant, quæ corrigere,
 sicuti ea animadversa a me sunt, non du-
 bitavi, (ex. gr. in §. IV. not. q. ubi 1528.
 expressus erat annus, cum ille literæ Geor-
 gii March. ad Casimirum fratrem A. 1526.
 scriptæ sint, ille scil. ipse, quas §. II. not. f.
 ex Sculteti Annal. Evang. p. 109. adductas
 vides;) cum, inquam, in hac Diff. vitia
 quedam typographica, et si pauca, & facile
 obvia, occurrant; suspicor, & hic mendam
 latere, & pro L. XIX. p. 620. legi debere
 L. XVIII. p. 670. Nam i.) supra p. 1005.
 in §. V. not. a. pag. huius Manualis 670. ci-
 tata est a Rentschlo, locus vero, quem Dilber-
 rus*



censes, velut diversos, distinguit. o)

rus ibi innuit, paullo post verba, hic allata,
sequitur; 2.) videtur Cl. auctor huius Diff.
Man. Norib. editionem usurpasse, in pagg.
respondentem illi, quæ mihi ad manus est,
sine anni indicio evulgata, cuius tamen De-
dic. A. 1661. exarata est; in huius enim p.
670. ipsa hæc verba, inde hic excerpta,
extant. 3.) Hæc ut credam, eo quoque
adducor, quæd in mea Manualis laudati edi-
tione, Dilherriana Aug. Conf. historia, quæ
p. 668. lqq. legitur, Lib. XIX. in inscri-
ptione gerit, pro quo Lib. XVIII excusdi
debebat, (cum libellus sequens eundem nu-
merum XIX. referat) & in indice contento-
rum, Manuali ipsi præmisso, Historia illa lo-
cum XVIII. occupat. Qua occasione aliud
quoque erratum inde tollere liceat, duns
L. XVII. p. 621. Aug. Conf. Carolo V, a.
1630. exhibita esse, perhibetur, quod 1530.
factum esse, nemo ignorat. Cæterum hanc
Dilherrianam Augustaneæ Confessionis Histo-
riam infra Sect. VI. dabo recudendam, uti
p. 979. promisi. F. I. B.

-) Nam post verba modo allata, pergit:
Alltier



Allhier ist mit Stillschweigen nicht zu übergehen, daß 2. Jahr für den grossen Reichstag zu Augspurg, nemlich in dem 1528ten Jahr, Georg Marggraf zu Brandenburg Ihme vorgenommen in seinen Land eine Reformation und Visitation der Kirchen anzustellen, und die Evangelische Lehre einzuführen. Welcher Ursachen halber Er sich mit einem E. Rath zu Nürnberg uuegen solcher Kirchen-Visitation auf gewisse Maass verglichen, uuelches in der Stadt Schuhabach, uuelche 2. Meilen von Nürnberg gelegen, geschehen ist. Auf dieser Schuhabachischen Zusammenkunfft haben die Brandenburgische und Nürnbergische Theologi XVII Articul der Evangelischen Lehre einmuthig zusammen getragen: Welche der Marggraff von Brandenburg hernach dem Chur-Fürsten zu Sachsen und dem Land-Grafen zu Hessen überschicket. Welche beyde denn ferner sie den Wittenbergischen und Marpurgischen Theologis, sich darinnen fleissig zu ersehen, übergeben. In Auffsetzung der Augspurgischen Glaubens-Bekanniss, hat Philippus sonderlich auf die XVII. Articul, so Lutherus zuvor geschrieben hatte, gesehen, und selbige in gute Obacht genom-

genommen. Vbi quidem vir optimus dupliciter impingit, primum, quod visitatione a. 1528. Suobaci decretā, doctrinam Evangelicū in ditiones Georgii demum introductam fuisse, scribit, quæ, pridem introducta, per illam duntaxat repurganda ac tuenda erat: deinde, quod XVII. Articulos Suobacenses, qui in posteriori synodo Suobacensi recitati sunt, in priori a. 1528. confessos fuisse, credit, quam opinionem haec tenus ex instituto confutavimus. Quam recte ceteroquin articulos Suobacenses a Torgensibus distinguat, postea videbimus, hic, illius a Rentschio dissensum indicasse, contenti.

Annotatiuncula.

Antequam Dissertationi priori, de articulis Suob. Aug. Conf. fundamento agenti, subiungam alteram, quæ de eodem argumento amplius exponit, paucis B. L. moneo, annotationes quasdam, quæ literas nominis mei initiales referunt, aut asteriscis a ceteris distinctæ sunt, hisce Diff. passim a me intextas esse. Ad ea vero, quæ §. §. I. II. III. & IV. Diff. prioris, de Casimiro, March. Brand. leguntur, illustranda, omnino conferri meretur insigne illud documentum, quod, haud dubie adhuc ineditum, ex MS. infra Sect. V. producam.

Tom. I. Fasc. V.

Tet

IV. DE



1026 IV. M. Io. lac. Layritii Diss. posterior

IV.

D E

ARTICVLIS SVOBACENSIBVS
AVGVSTANÆ CONFESSONIS
FVNDAMENTO

Dissertatio posterior

Wittenbergæ d. XI. Ian. A. 1719. habita;

P R A E S I D E

M. IO. IACOBO LATRITIO,
VONSIDELIENSII,

Respondente

IO. GOTTFRIDO SCHEUFFLERO,
LOMMATSCHIO MISNICO.

* * *

P R A E F A T I O E D I T O R I S.

Quemadmodum Dissertatio prior egregie
inservit iis illustrandis, quæ in Fasci-
culo IV. ad Conventus Suobacensis prio-
ris, d. 14. Junii, A. 1528. instituti, memo-
riam bissecularem recolendam, strictim annota-
vimus, uti p. 977. dictum est: ita hæc Differ-
tatio